



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

De nona.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

*D E APPARITIONE**octava. Joan. ultimo.*

**P**rimò: Palam se denuo fecit Christus pescantibus septem discipulis; qui, cum tota nocte nil cepissent, iactum ad manidatum eius rete (iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.)

**S**ecundò: per id miraculum, agnoscens eum Ioannes, ait Petro (Dominus est) qui confessim desiliens in mare, ad Christum accessit.

**T**ertiò: dedit eis, ut comederent panem & pisces. Postea Petro, an se diligeret, ter interrogato, suum ouile commendauit (pasce oves meas.)

*D E APPARITIONE NO-**na. Math. ultimo.*

**P**rimò: ex Domini mandato abeunt discipuli ad montem Thabor.

---

Secun-

Secundò: iis apparens ille, inquit:  
(Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.)

Tertiò: mittens eos ad prædicandum per vniuersum orbem, sic mandauit : (euntes ergo docete omnes gentes, Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti.)

*DE APPARITIONE*  
*decima. 1. Cor. 15.*

**D**Einde visus est plusquam quingentis fratribus simul.)

*DE APPARITIONE VN-*  
*decima. Ibidem.*

Apparuit deinde Iacobo.

*DE APPARITIONE*  
*duodecima.*

**A**pparuisse Christum etiam Iosepho ab Arimathia, legitur in hagiographis quibusdam; & verisimile est, atque meditatum.

*DE*